Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1016
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

in episcopatu annos tres. menses tres. di
es iii. Hic precepit ut duo presbiteri et tres diaco
ni in omni loco episcopum non desererent propter
testimonium ecclesiasticum. Item rome via ap
pia sanctorum martirum nongentorum qui sunt positi
in cimiterio ad sanctam ceciliam. Eodem die
sancti Gagii palatini in mare mersi. rome
depositio Iulii episcopi et Nicomedis. et passio
sancti Adriani cum aliis numero xxxiiii.

iii. no. mar. xix.

A. Aput Antiochiam passio sancti Focae martiris
qui post multas quas pro nomine redemptoris
est passus iniurias qualiter de illo antiquo
serpente triumphauerit hodie populis decla
ratur. Denique si in quempiam illis locis
coluber morsum stringens venena dif
fuderit extemplo qui percussus est ut ianuam
basilice martiris credens adtigerit euacuata
virtute veneni saluatur. Item passio sancti ipso
die Eusebii palatini et aliorum ix. martirum.

ii. non. mar. viii.

B. Nichomedie natalis sanctorum Victoris et Victo
rini qui per triennium cum Claudiano et Bassa
uxore sua. tormentis afflicti. et retrusi in
carcerem ibidem vite sue cursum impleue
runt. Et depositio sancti Quiriaci presbiteri.

None marcii

C. In mauritania ciuitate Thuburbinatorum
passio sanctarum martirum Perpetue et Felicitatis.
et cum eis reuocati. Saturnini et Secun
doli quorum ultimus in carcere quieuit. reliqui
omnes ad bestias traditi sunt sub Seuero prin
cipe die natalis eius. Cumque diu adhuc
seruarentur in carcere et Felicitas parturiret
omnium sanctorum commilitonum precibus impe
tum est ut octauo mense pareret. Iam vero
Perpetue consessum est inter alia. ut ei mens

quodammodo auferetur a corpore in quo
vacare impetum pertulit ita ut adhuc futu
rum expectaret quod in se iam gestum esse nesciret.

viii. ydus marcii

D. Aput carthaginem sancti Poncianum diaconi
sancti Cypriani episcopi qui usque ad diem passio
nis eius cum ipso exilium sustinens egregium
volumen vite et passionis ipsius reliquit
atque dominum in passionibus suis glorificans
coronam vite promeruit. In nichomedia Quin
tilii episcopi et Capitulini. In Affrica Rogati
felicis. Item Rogati Beate Yereneye. Felicitatis.
Orbani. Cirilli episcopi. Siluani et Mamilli.

vii. ydus marcii. v.

E. In Sebaste armenie minoris xl. militum
tempore Licinii regis sub preside Agricolao. qui
post uincula et carceres celeberrimos post
cesas lapidibus facies missi sunt in stagnum
ubi gelu constricta corpora eorum nocte dirum
pebant. et mane cum fragio martirium
consumauit. Deinde corpora eorum conbusta sunt
et in fluuium proiecta. sed diuina dispensatione
reliquie eorum sunt integre reperte et honore dig
no condite. Erant autem nobiliores inter eos
Quirion et Candidus. nomina aliorum [illegible] Domi
cianus. Eunoicus. Sisinnius. Eraclius.
Alexander. Iohannes. Claudius. Athana
sius. Valens. Helianus. Melithon. Ecdicius.
Achacius. Iubianus. Helius. Theodolus.
Cirillus. Flauius. Seuerianus. Cirion.
Valerius. Chudion. Sacerdon. Priscus.
Euticius. Smaragdus. Philoctimon. Ethi
micallius. Lisimachus. Domnus. [illegible]
philus. Xantius. Aggius. Leontius. Isitius.

vi. ydus marcii [illegible]gaius. Gorgonius.

F. Natalis sanctorum martirum Alexandri et Gaii de
[illegible] qui sub [illegible] persecutione